



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 6. Pontificis literæ circa Episcoporum institutionem, & Sessionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

*Pontificis literæ circa Episcoporum  
institutionem, & Sessionem.*

Sub idem tempus responsum Roma de- *Pallav. l. 19.*  
 ferebatur circa duos Canones a Lo- *cap. 8. n. 5.*  
 tharingio Cardinale propositos, necnon *& 6.*  
 circa alia negotia: ubi Papa præprimis  
 Synodi Legatis hæc significabat: „in  
 Canonis formula a Cardinale Lotha-  
 ringio producta, illi, qui Romæ ad  
 „id selecti fuerant, ac præsertim Theo-  
 „logi, varias offendunt difficultates,  
 „adeoque plura in ea mutari desiderant,  
 „quæ propter argumenti gravitatem  
 „tam cito digeri non possunt: idcirco  
 „interim tria vobis propono, quorum  
 „primum illud est, quod insisteretur  
 „propositioni antea a Cardinale Lotha-  
 „ringio factæ, videlicet, ut ea quæstio  
 „de institutione Episcoporum, tanquam  
 „inutilis, implicata, ac periculosa sup-  
 „primatur: mirum quippe videtur,  
 „dogma fidei constitui inter tot oppo-  
 „sitas sententias, adeo ut necesse foret  
 „in alterutra parte damnare complu-  
 „rium insignium, sanctorumque Scri-  
 „ptorum opinionem: spero autem pro-  
 „motum iri a Cardinali rei exitum,  
 „quemadmodum ejusdem consilii auctor  
 „fuerat; ut proinde honorem integrum  
 „in se redundaturum prænoscat „

Rr 5

„Secun-

**Sæcul. XVI.**

A C 1562

„Secundo loco opto, ut tunc, si  
 „Patres ad suppressandam hanc quesi-  
 „tionem adduci non possent, saltem  
 „quoniam res nondum satis digesta vi-  
 „detur, ad proximam Sessionem rej-  
 „ceretur. Tertio, ac postremo suadeo,  
 „ut etiam, si id quoque nonnulli re-  
 „spuerent, ipsa Sessio retardaretur, ac  
 „juxta consilium, quod etiam aliquo  
 „vobis tanquam Sedis Apostolicæ Le-  
 „gatis dederam, simul ad Sacramentum  
 „Ordinis jungerentur pariter articuli  
 „de Matrimonii Sacramento.

„Denique vobis expendendum pro-  
 „pono, quod omnino, cum in Ordinis  
 „Sacramento de universa Hierarchia  
 „Ecclesiastica sermo sit, par videatur,  
 „ut non ipius caput, quod est Christi  
 „Vicarius silentio prætereatur, sed de  
 „ipso mentio fiat aut iisdem verbis paulo  
 „ante a Florentina Synodo usurpatis,  
 „aut aliis nihilo inferioribus.

### §. VII.

*Vicecomes a Legatis Romam decretus.*

**C**um Legati hujus mandati executio-  
 nem gravibus difficultatibus obno-  
 xiam crederent, Romam Vice-comi-  
 tem ablegabant, qui eas summo Pon-  
 tifici exponeret, interea vero quindecim  
 adhuc alios dies expectandum decre-  
 runt,

